



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 17. Lutheri hæresis in Sueciam a Gustavo introducto.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

Sæcul. XVI. eam suis Oratoribus ad futurum conventum  
 A.C. 1524. Imperialem declinandis tradat, ut omnibus  
 omnium Civitatum consultationibus in unum  
 collatis, una ex omnibus fiat doctrina, qua  
 ibi utantur. Verum ne hoc quidem de-  
 cretum majori cura ac Wormatiense E-  
 dictum fuit executioni demandatum.

## §. XVII.

*Lutheri hæresis in Sueciam a Gusta-  
 vo introducta.*

Lutherus has dissensiones in rem suam  
 vertebat, suorumque Sectatorum  
 numerum adeo augebat, ut ejus hære-  
 sis brevi a superiore Saxonia usque ad  
 Mare Balticum sese extenderet. Intro-  
 duxit eam hoc anno in omnes suas di-  
 tiones Gustavus novus Suecorum Rex,  
 ac privilegio, quod Lutherus sacrilega  
 auctoritate Principibus concesserat, u-  
 fus, Ecclesiarum bona diripuit, nec-  
 non Senatu Stockholmiae coacto pro-  
 posuit, quod sibi ex tribus decimarum  
 partibus duas pro alendis militibus,  
 omnium vero Ecclesiarum vasa argen-  
 tea ad solvenda debita vendicare velit.  
 Senatu Regis petitioni annuente mox  
 edictum promulgatur, ejusque executio  
 per omnes Provincias deputatis ad id  
 nominatis imponitur. Ea res vehemen-  
 ter displicuit Clero atque Religiosis, qui  
 etiam

etiam seditionem concitare moliebantur; <sup>secul. XVI.</sup>  
 verum Gustavus edicto sanxit, ne Mo- <sup>A.C. 1524.</sup>  
 nachi plusquam bina vice per annum  
 suo exirent Monasterio, atque Superio-  
 ribus alienigenis officio motis alios, qui  
 natione Sueci erant, subrogavit; præ-  
 terea Episcopis, ut arces, quæ eorum  
 Imperio parebant, Regi cederent, suis-  
 que copiis missionem facerent, præce-  
 pit, eosque non modo a Senatu exclu-  
 sit, sed etiam mulctas, & pecunias ex  
 bonorum publicatione perceptas Episco-  
 pali ærario inferre prohibuit, simulque  
 vasa argentea, ac superfluas campanas  
 afferri iuslit, concessitque, ut Nobiles  
 bona, quæ eorum Majores Ecclesiasticis  
 oppignorarunt, soluto pignoris pretio  
 repetere valerent. Hoc edictum ab ipsis  
 quoque Episcopis sicut subscriptum, ex-  
 cepto Upsalensi Archiepiscopo, quem  
 Rex in Poloniam miserat. Hic vero in-  
 de Romam venit, ut Clementem Pa-  
 pam de fidei discrimine, in quo Sueciæ  
 Regnum luctaretur, edoceret, simulque  
 ab eo auxilium impetraret: verum ejus  
 preces in irritum ceciderunt.

## §. XVIII.

*Continuata dissidia inter Lutherum &  
 Carolstadium.*

Interea novis indies incrementis diffi-  
 E e 2 dia